In calce, ἔτος, ἀχλέ' μαρτίῳ εἰς τὰς κθ' ἐτελειώθη καὶ ἔγραφη τὸ πάρον ψαλτικὸν διὰ χειρὸς ἐμοῦ Μελέτιου ἱερομονάχου καὶ ἀναγνόσκοτος· εὑχεστε ὑπὲρ ἐμοῦ εἰς τὴν Βλαχίαν ἔγραφη. Μελέτιος ἱερομονάχος.

XXXIV.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 138, sec. xiii. ineuntis, binis columnis bene exaratus; olim 'liber ecclesie Sancte Marie de Cyrencestre.'

Pauli Orosii adversus Paganos Historiarum libri septem, præviis testimoniis de auctore ex Genadio, etc., neenon epistola de Ormesta mundi contra accusatores Christianorum temporum scripta ad Beatum Augustinum et prologo.

Tit. "Incipit liber primus Pauli Orosii presbiteri contra Paganos."

Exstant impress. ed. Havercampo, in 4to. Lugd. Bat. 1738.

XXXV.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 81, sec. xii.

1. Liber de amore Dei, soliloquium scilicet animæ ad Deum; initio mutil. fol. 1.

Incip. "Venite ascendamus, et intentiones, cogitationes, voluntates, affectiones et omnia interiora."

Des. "novissimi et novissimi primi."

2. S. Bernardi, abbatis Clarævallensis, de duodecim gradibus superbiæ. fol. 26.

Præfigitur tabula sub rubrica, "Duo gradus sunt in hac secula absque labore, duodecimus in ascendendo et duodecimus in descendendo."

Exstat impress. inter opera, ed. 1690, tom. i. col. 571.

3. Hugonis de S. Victore Didascalicon libri sex; in calce mutil. fol. 42.

Incip. "Tribus modis res;" ut inter opera, ed. Venet. tom. iii. fol. 1.

Desin. in verbis, "Ad litteram constructio et continuatio"—

4. Fragmentum regulæ ut videtur ad ordinem Cisterciensem spectantis. fol. 78.

Incip. cap. Adversus Detractatores. "Unde nunc mihi conveniendi quidam de ordine nostro, qui contra illam sententiam."

XXXVI.

Chartaceus, in folio, ff. 94, sec. xv.; olim "liber magistri Johannis Arnold, exemptus in die sancte Lucie anno Domini m°.cccc.º.xlº."

1. S. Anselmi, archiep. Cantuariensis, meditationes orationesque cum præfatione. fol. 3.

Tit. "Meditationes Anselmi."

Incip. prol. "Oraciones sive meditationes, que subscripte sunt;" ut in edit. Paris. 1721, p. 202.

In calce, "Expliciunt meditaciones Anselmi Cantuariensis archiepiscopi; Deo gracias."

2. S. Bernardi meditationes. fol. 14.

Exstant inter opera, 1690, tom. i. col. 319.

In calce, "Expliciunt meditaciones beati Bernardi."

3. S. Augustini meditationes. fol. 20.

Incip. "Domine Deus, da cordi;" ut in edit. impress. tom. vi. app. col. 107.

In calce, "Expliciunt meditaciones beati Augustini."

4. Sermo B. Bernardi de compassione Domini et B. Mariæ matris sue. fol. 26 b.

Incip. "Quis dabit capiti, etc. O vos filie Jerusalem."

Sequitur dialogus inter auctorem et Theodorum de amore incip. "Est amor carnalis, amor naturalis."

5. Hugonis de S. Victore liber de arrha animæ. fol. 29 b.

Exstat impress. inter opera, Venet. 1588, tom. ii. fol. 104 b.

6. [Petri Rogerii] abbatis Fiscannensis, postea Cardinalis Rothomagensis [deinde Clementis papæ VI.] sermones de diversis quindecim; quorum tituli et initia sequuntur,

a. Sermo factus per reverendum patrem dominum cardinalem Rothomagensem in die tituli sui sanctorum Nerei et Achillei anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo. fol. 34.

Incip. "Sunt eunuchi, etc. Salvator noster in eisdem."

b. In die apostolorum Petri et Pauli. fol. 36 b.

Incip. "Principes apostolorum; Videtur michi quod libenter."

c. De beato Francisco. fol. 40 b.

Incip. "Benjamin; Videtur michi quod."

d. De beato Thoma Aquino. fol. 43.

Incip. "Docebat eos; et est in fine evangelii."

e. Sermo beati Nicholai, quem fecit cardinalis Rothomagensis, quando fuit abbas Fescannensis in domo minorum universitatis Parisiensis. fol. 46.

Incip. "Talis decebat, etc. Videtur mihi quod illum."

f. De B. Bernardo. fol. 48.

Incip. "Dilectus meus; Ratio docet."

g. De beato Martino, quem fecit in dono minorum in universitate Parisiensi. fol. 51 b.

CATALOGUS CODICUM MSS.

- Incip. "Totus mons; scitis quod sumus."
- h. De Sancto Andrea factus Parisiis in domo Minorum. fol. 55 b.
Incip. "Proposito sibi; Videmus manifeste."
- i. In conceptione B. M. V. factus Parisiis in domo Prædicatorum. fol. 58.
Incip. "Erunt signa; et est in evangelio."
- k. Sermo ascensionis Domini. fol. 61 b.
Incip. "Ascendit super celos; Scitis quod homo virtuosus."
- l. De assumptione B. M. V. fol. 65.
Incip. "Veni de libano; Videmus manifeste."
- m. Sermo [in honorem] Sancti Augustini. f. 67 b.
Incip. "Sol illuminans; Videtur ad sensum."
- n. Sermones duo in adventus Dominica prima. fol. 70 b.
Incip. "Israel habitabit; et legitur epistola stola."
- o. Dominica in Septuagesima. fol. 74.
Incip. "Sic currite; In epistola tota ho- dierna videtis."
- In calce, "Explicit sermones domini Rothomagensis."
7. Sermo de circumcitione Domini. fol. 78.
Incip. "Additus est annus; Beatus Bernar- dus in quodam sermone."
8. Sermo de Benedicto. fol. 84.
Incip. "Benedictus qui venit; Nomen Do- mini invocate."
9. [Alberti Magni, sive cujuscunque sit,] liber de Theologiæ veritate. fol. 87 b.
Exstant impress. inter Alberti necnon Bonaventuræ opera, et alibi.

XXXVII.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 156, sec. forsitan x. ineuntis.

S. Gregorii papæ I. vita, auctore Johanne Le- vita, in libros quatuor distincta, prævio prologo ad Johannem papam VIII.; necnon ordine capitulorum.

Tit. sive inscriptio prologi est, "Beatissimo ac felicissimo domino Johanni sanctæ catho- licæ et apostolicæ Romanæ ecclesiæ præsuli Johannes ultimus Levitarum."

Exstat impress. inter S. Gregorii opera, tom. iv. col. 19.

Sequuntur,

a. Præscriptiones ad mulierem, quæ partu labo- rat, et ad cancerum. fol. 155.

Incip. "Maria genuit Christum; Elisa- beth peperit Johannem Baptistam."

b. Archiepiscopi literæ duæ ad O. et W. fratres; de obedientia, etc. fol. 155 b.

Incip. i. "Dicitur quod tu, quia sentis."

c. Remedium sive incantamentum contra febres. fol. 156 b.

Incip. "In nomine Patris, etc. Conjuro vos febres et frigores, quæ septem sorores estis."

XXXVIII.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 102, sec. xiii. ineuntis, binis columnis nitide ex- aratus.

1. [Hugonis de Sancto Victore] expositio in Dionysii Areopagitæ opus de cælesti hierar- chia, [secundum traductionem Johannis Sco- ti,] cum prologo. fol. 3.

Incip. prol. "Judei signa querunt et Greci sapientiam. Fuit enim quedam sapientia que sapientia videbatur;" ut inter Hugonis opera Mogunt. 1617, p. 340.

2. Petri Blesensis, archidiaconi Bathoniensis, oppositiones contra perfidiam Judæorum, prævia capitulorum tabula. fol. 68.

Tit. "Oppositiones Petri Blesensis, Ba- thoniensis archidiaconi, contra perfidiam Judeorum."

Exstant impress. inter op. ed. 1667, p. 462.

3. Ejusdem liber de testimoniis fidei catholice, epistola auctoris et prologo, necnon capitulum elencho, præmissis. fol. 82.

Tit. ep. "Epistola Petri Blesensis ante prologum."

Tit. op. "Tractatus Petri Blesensis, Ba- thoniensis archidiaconi, de testimoniis fidei."

Incip. "Cum in fundamentis."

In calce, "Explicit liber Petri Blesensis Bathoniensis archidiaconus de testimoniis fidei catholice."

XXXIX.

Membranaceus, in folio, ff. 325, sec. xv.; olim Dorotheæ Shight, deinde anno scil. 1633 peculium Jacobi Perrot, postea coll. Jes. ex legatione ejusdem.

Disce mori, a theological work of practical divi- nity, after the manner of Wycliffe's Poor Catiff,

comprised in ninety chapters; with a metrical prologue and table of chapters prefixed.

The prologue begins,

"To you my best beloved sustre [Alice]
Whiche that for Christs love have hoole forsake
The worlde, the flesch, and the feendes malice
This tretice by me compiled I take
Hertely besechyng you for vertue sake,
Ofte and with glad herte therinne to looke,
Though Disce mori called be the booke."

The work beg. "Disce mori, etc. Vnwillfully he deyeth that hath not lernyd to deye; lerne to deye so thou shalt best can lyue."

Ends, "the corone due to this vertu of vertues, perseuerance, the whiche God graunte us; Amen."

It treats of the love of God, the ghostly sins and virtues, the Decalogue, the Lord's Prayer, the gifts of the Holy Ghost, the cardinal virtues, the works of mercy, etc.

Hampole and Walter Hylton are quoted at ff. 295 and 309: another copy in MS. is in the Bodl. Lib. Laud. MS. 99.

On the margin at the end of the volume, "AW. [the cypher of Anthony Wood] m.d.clixix."

XL.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 216, sec. xiv. ineuntis, bene exaratus et hic illic pictus; olim, ut videtur ex insignibus regis tegmini impressis exteriori, Henrici regis VIII. postea Roberti Vaughan de Hengwit, deinde "ex dono B. Jones personæ de Hogson 1626 in comitatu Buckingham," et denique Jesu coll. ex dono Joh. Conway, equitis aurati.

1. Kalendarium, cum monosticho, mensi cuique præfixo. fol. 2.

2. Psalterium Davidicum. fol. 8.

3. Cantica sacra et hymni tam Veteris quam Novi Testamenti.

4. Symbolum Athanasianum, Litaniæ et Orationes. fol. 205.

Folia novem ultima scripsit illuminavitque manus recentior.

XLI.

Membranaceus, in folio, ff. 125, sec. xiii., binis columnnis nitide exaratus.

1. Sententiae, præcipue ex S. Gregorio magno moralizatæ. fol. 1.

Incip. "Gregor. Moraliter; Malis adversantibus intra domum Loth reducitur et minuitur."

2. [Petri de Riga, canonici Remensis, Aurora,] sive Biblia sacra versificata, versibus elegiacis et quandoque leoninis expressa. fol. 5.

Incip. Genesis, "De sex diebus.

"Prima facta die, duo celum terra leguntur,
Fit firmamentum spera, sequente die."

Librorum series, ut in codice nostro exhibetur, sequitur, Genesis—Ruth inclusive, Regum libri quatuor, Maccabæorum libri, quibus succedunt, versus de Veteri et Novo Testamento, compendiose; incip.

"Ante dies omnis mundi fuit omnis in uno."

Tunc post folium unicum, in quo agitur de circumcisione et passione Domini, de SS. Petro et Paulo, sequitur, Liber Tobiæ, Danielis, Judith, Hester, deinde Historia Evangelica, post quam "incipiunt recapitulationes Veteris Testamenti, et primo agit de versibus sine A.;" deinde Actus Apostolorum, Liber Job, Canticum Canticorum.

Desin. opus,

"Restant Apocriphi, Jhesus est sapientia pastor,
Et Machabeorum libri, Judith atque Thobias
Hii quia sub dubii, sub canone non numerantur."

Cf. de auctore nostro et opere Paul. Leyserum de poetis æt. med. et inf. p. 692.

3. S. Gregorii papæ I. magni Dialogorum libri quatuor; imperf. fol. 101.

Tit. "Hic incipit primus liber dialogorum beati Gregorii pape de actibus vel miraculis sanctorum patrum."

Exstant impress. inter opera, tom. ii. col. 150.

Desin. abrupte in verbis, "gravitate vite,
singularitate abstinentie"—

XLII.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 176, sec. xiii., binis columnnis exaratus; olim liber monasterii S. Petri Glocestrensis, per fratrem J. de —.

1. S. Basili Regula ad filium [interprete Leonardo Bruno Aretino]. fol. 2.

Tit. "Incipit regula sancti Basili."

Exstat impress. Bonon. 1497, et alibi.

2. Liber S. Athanasii de exhortatione monachorum. fol. 7.
 Incip. "Est quod gloriari in Christo licet."
 In calce, "Explicit liber singularis sancti Athanasii episcopi de observatione monachorum."
3. S. Gregorii Magni Speculum, sive Flores ex Moralibus super Job collecti, prævia epistola dicatoria compilatoris, A. scilicet Levitæ, ad H. presbyterum, necnon tabula capitulorum, numero excv. fol. 9.
 Incip. præf. "Mecum sepe retractans."
 Incip. lib. "De vera simplicitate. Nonnulli autem ita sunt simplices."
 In calce, "Explicit liber, qui vocatur Speculum, collectus ex libris Moralium beati Gregorii pape."
4. Soliloquia Isidori, ' brevis tractatus et necessarius.' fol. 72.
 Incip. "Heu me miserum anima mea."
5. Brevis tractatus et utilis de quatuor virtutibus cardinalibus per beatum Augustinum. fol. 74 b.
 Incip. "Quisquis ergo prudentiam."
6. De vera amicitia ex Cicerone, Augustino, etc. fol. 75 b.
 Tit. "Tullius de vera amicitia."
 Incip. "Verus vero amicus propriam."
7. Hugonis de S. Victore liber de informacione juniorum vel de institutione noviciorum. fol. 76 b.
 Incip. "Quia fratres, largiente Domino;" ut inter opera, Mogunt. 1617, tom. ii. p. 19.
8. Quomodo cum proximis pacem et concordiam habere poterimus et prelato obedire debemur, et quid inde adquiremus, Deo mundiam cordis parare, et qualiter immundis cogitationibus repugnare. fol. 80 b.
 Inc. "Necessarium valde est cum fratribus."
9. Excerptum ex Bernardi homilia 16. fol. 82 b.
 Incip. "Deus, qui legitur pater misericordiarum et Deus totius consolacionis."
10. S. Augustini sermones de obedientia et humilitate et de pugna animæ. fol. 83.
 Incip. a. "Nihil sic Deo placet." b. "Quotquot Spiritu Dei, etc. Non sunt filii Dei."
11. S. Bernardi meditationes. fol. 84.
 Incip. "Multi multa sciunt;" ut inter opera. 1690, tom. ii. col. 319.
12. S. Anselmi meditatio. fol. 89 b.
 Incip. "Anima Dei imagine insignita."
13. S. Augustini liber de gaudio electorum et supplicio damnatorum. fol. 91 b.
 Incip. "Tria sunt sub omnipotentis Dei manu habitacula, quorum summum regnum."
14. S. Benedicti Regula cum prologo. fol. 93.
 Tit. "Incipit prologus regule beati Benedicti abbatis."
 Incip. "Ausculta, o fili;" ut in editt. impress.
 In calce, "Expliciunt regule monachorum. Incipiunt capitula ejusdem;" quæ sequuntur, numero lxxv.
15. Tractatus super regulam sancti Benedicti de professione monachorum, ascriptus fratri Thomæ de Aquino, ordinis prædicatorum. fol. 103b.
 Incip. "Tractatus iste qui est de professione monachorum tres habet partes."
16. S. Gregorii papæ I. Dialogorum libri quatuor, cum prologo. fol. 121.
 Tit. "Dialogus beati Gregorii papæ urbis Romæ ejusque diaconi Petri, libri numero quatuor, de vita et miraculis Patrum Italorum et de eternitate animarum."
 Exstant inter opera, tom. ii. col. 150.
 In calce, "Explicit dialogus Gregorii."
17. Petri de S. Bartholomæo [Blesensis] Summa super librum Job, cum prologo ad Henricum II. regem Angliæ. fol. 167 b.
 Incip. prol. "Gratias ago gratie largitori."
 Incip. expos. "Vir erat, etc. Tria hec ponuntur;" ut inter opp. p. 407.
 Desin. "lumen quod non extinguitur, gloria que non transit, quam nobis et vobis prestare dignetur Altissimus, Altissimi;" etc.
 In fol. ult. verso scribuntur; Thomas Conygbury, Johannes Maluerne, monachi.
 In initio et fine codicis fragmenta sunt Constitutionum Ecclesiasticorum.

XLIII.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 167,
 sec. xi., bene exaratus et servatus.

1. S. Athanasii de Unitate Trinitatis libri. fol. 2.
 Tit. "Incipit liber primus sancti Atanasii episcopi de unitate Trinitatis."
 Incip. "Unus Deus Pater et Unigenitus;" ut inter opera, ed. Montfauc. tom. ii. p. 604.
 "Explicit liber viii. fidei Patris et Filii et Spiritus Sancti; Eos libellos viii. transcripti, qui multa addita et immutata continent."

Sequitur confessio fidei, sub titulo, "Libellus fidei Patris et Filii et Spiritus Sancti Athanasii episcopi; cum legeris per hanc fidem, moneo ut mei memores in orationibus tuis, ne forsitan quisquam hoc obtrectator contingat quia scriptum est, ne projiciatis margaritas vestras ante porcos."

2. Liber de Trinitate et de Spiritu Sancto. f. 61 b.
Exstat ibid. tom. ii. p. 969.
3. Altercatio ejusdem contra Arium, Sabellium vel Photinum haereticos, coram Probo judice, cum prologo. fol. 89.
Inc. prol. "Cum in manus strenui lectoris."
Ibid. tom. ii. p. 642.
4. Sententia Probi judicis. fol. 144.
Incip. "Amore veritatis;" ut ibid. p. 660.
In calce, "Explicit sententia Probi judicis inter Athanasium et Arrium et Fotinum et Sabellium haereticos."
5. Epistola Potamii ad Athanasium ab Arrianis, postquam in concilio Arriminensi subscrise- runt. fol. 152.
Incip. "Tanti carceris."
6. S. Athanasii ad Luciferum epistola. fol. 154.
Incip. "Et si credo pervenisse;" ut ibid. tom. i. p. 965.
7. Solutiones objectionum Arii. fol. 156 b.
Incip. "Prima enim objectio est, qua dicunt impossibile."
8. De fide Hieronymi presbyteri. fol. 166.
Incip. "Credo in unum Deum."
9. 'Item ejusdem apud Bellehem.' fol. 166 b.
Incip. "Credimus in unum Deum patrem Omnipotentem."
In calce est hymni ad Virginem fragmen- tum, incip.
"Gaude virgo, mater Christi,
Quia sola tu fuisti,
Digna Deum parere."

XLV.

Codex chartaceus, membrana hic illic interjecta, in folio, ff. 359, sec. xv; olim collegii S. Trinitatis de Westbury super Trym juxta Bristoliam, ex dono Magistri Willelmi Okeborn nuper decani ibidem, anno Domini millesimo quingentesimo; postea coll. Jesu ex dono Gul. Price, rectoris de Penhowe, co. Monmouth, 27 Jun. 1632.

1. [Jacobi de Voragine], Januensis, ord. Præd. Sermones Dominicanæ per anni cursum, prævia tabula alphabeticæ. fol. 18.

Incip. præf. "Humane labilis vite decursus salubri eruditione."

Incip. serm. i. "Prepara te in occursum; etc. Cum rex vel aliquis princeps;" ut in cod. MS. Exon. ii. et Magd. xlvi.

In calce, "Explicit liber Januensis."

2. Johannis Felton, vicarii eccl. B. Mariæ Magdalene, Oxon. Sermones quadragesimales, prævia tabula alphabeticæ. fol. 247.

Incip. "Filia populi mei, etc. Quamvis solemnitas quadragesimalis in sequenti Dominica;" ut in cod. MS. Exon. ii.

In calce tabulæ, "Explicit tabula bona secundum compilationem domini Johannis Felton, quondam vicarii beate Magdalene Oxon. ad inveniendum quamcumque matem- riam in sermonibus obsequentibus tactam, de opere quadragesimali."

In initio et fine inseruit bibliopegus folia quinque membranacea, in quibus leguntur fragmenta computorum [ad ecclesiam cathe- dralem Sarum spectantium,] incip. "et de vj d. de legato Thome Smyth, de Bremlee."

XLVI.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 43, sec. xiv.; olim Will. Rede, [ep. Cicestr.] postea coll. Jesu ex dono Gualteri Griffith, A. B. coll. ejusdem socio-commensalis.

Tabulæ astronomicæ, mediorum scilicet motuum, et equationum Planetarum, 'secundum Will. Rede,' etc. cum canone seu expositione annexa, [an autographus?]

Incip. "Volentibus pronosticare futuros effectus planetarum in inferioribus; Primo secundum opus tabularum oportet calculare ipsorum motuum."

Desin. "pro communibus Judiciis facere non oportet."

In calce, "Explicit canon de tabulis Rede;" deinde manu eadem, "Iste liber constat Wil- lelmo Rede."

XLVII.

Membranaceus, in folio, ff. 92, sec. xi., partim binis columnis exaratus; olim monasterii de Pershore.

1. Quæstiones ab Orosio propositæ et a beato Augustino solutæ; præviis capitulis. fol. 3 b.
Exstant inter Augustini opp. tom. vi. app. col. 7.
2. Vita S. Johannis Eleemosynarii, auctore [Leontio] cum præfatione. fol. 14.
Incip. pref. "Cogitante ac diu tacite;" ut apud Rosweyd. Vitas Patrum, p. 137.
3. Expositio Bedæ presbyteri de tabernaculo et vasis ejus ac vestibus sacerdotum, libris tribus, præviis capitulis. fol. 37.
Exstat inter opp. ed. 1612, tom. iv. col. 838.
In calce, "Explicit expositio Bede presbyteri de tabernaculo Domini."
4. Idem de ponderibus et mensuris. fol. 89.
Incip. "Ponderum ac mensurarum."
5. De Sibyllis. fol. 91.
Incip. "Decem Sibillæ fuerunt quæ a doctis auctoribus celebrantur."
6. Versus morales rhythmici. fol. 92 b.
Incip.
"Res mundi variables,
Diesque sic labiles,
Considerans gemisco."
Præmittuntur codici:
a. Notitiae de terris abbatiæ de Pershore pertinentibus. fol. 1 b.
b. Carta Osberni de la Barba quietum clamantis in terra quam tenuit de Aptune; præsente dom. Widone abbatte; etc. fol. 1 b.
c. Alexandri papæ III. bulla, episcopis Lond. Sarum. aliisque directa, contra regem et de ipsorum pertinacia; [imperf.] fol. 2.
In Wilkins Concil. tom. i. p. 459.

XLVIII.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 85, sec. xii., haud una manu exaratus; olim "liber Galfredi quondam vicarii de Auebyri, quem dedit Deo et ecclesie S. Marie de Cyrencester anno Dominice Incarnationis m^occ.º xxxº.viiij."

1. Anonymi ejusdam glossæ super epistolas Paulinas; in calce mutil. fol. 2.
Incip. "Sicut ad antiquum populum erudiendum post fundamentum legis."
Defic. in gloss. super epist. ad Tim. secund. vers. 19, "ut dicit Ysaias; Dei dispensationem id est doctrinam"—

2. Commentarius in Cantica Canticorum; initio mutil. fol. 18.

Incip. in verbis, — "Sancta anima sponsa Christi in sponsi sui deliciis exultat."

Desin. "recole evangelium quod audisti, Ego et Pater unum sumus, conversi ad Dominum; Amen."

3. Speculum ecclesiæ, quod [Hugo] abbas S. Victoris ex dictis sanctorum patrum compilavit, cum præfatione. fol. 66.

Incip. pref. "De sacramentis ecclesiasticis."

Incip. lib. "Ecclesia igitur in qua populus."

XLIX.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 144, sec. xii., haud eodem librario exaratus; olim 'liber sancti Augustini de Bristollia;' mutil.

1. 'Unum ex quatuor evangeliis' sive Harmonia Evangeliorum, compilatore Ammonio Alexandrino, [sive Clemente Lanthonensi,] cum glossulis et prolegomenis. fol. 3.

Tit. "Evangelium Jhesu Christi filii Dei secundum quatuor evangelistas."

Incip. proleg. "Vidi angelum volantem; etc. Angelus, id est, nuncius; evangelista est bonum, bene annuntians."

Incip. gloss. "In tempore, qui est principium sine principio, Filius."

Defic. in verbis, "et bene dicitis Sum et enim, Si ergo Ego"—

2. Expositio metrica super S. Matthæi evangeliū, [ex Petri de Riga Aurora.] fol. 91.

Incip.

"Post legem veterem respira, Petre, resulget Lex nova, fac versus de novitate novos."

3. Sermo in istud, 'Cum esset desponsata mater ejus,' et in, 'Ego vox clamantis,' etc. fol. 108.

Incip. i. "Hic figuratur matrimonium."

4. Expositio metrica in Librum Job, [auctore Petro de Riga.] fol. 116.

Incip.

"Nomine Job vir erat simplex et juris amator, In terra que dicitur Hus prudens habitator."

5. [Ejusdem Petri] super Cantica Canticorum expositio metrica. fol. 125.

Incip.

"Solus Origenes cum doctos vicerit omnes, In libris aliis, tamen in libro Salomonis."

6. Sermones tres; scilicet,

a. In istud, 'Simile est regnum celorum homini'

- qui seminavit bonum semen ;' incip. " Dominus Jesus Christus." fol. 139.
- b. De B. Maria Magdalena ; incip. " Maria Magdalena nimium peccatrix fuit." fol. 140.
- c. Contra inquinamentum carnis ; incip. " Fratres dilectissimi emendemus." fol. 140 b.

In calce summatim expressus est sermo iste per versus ; incip. " Omnis origo mali sunt ista, superbia, livor."

Olim continebat codex noster libros sequentes, qui hodie desiderantur,

- a. ' Liber Cronicorum ab origine mundi usque ad Henricum Imp. IV.'
- b. ' Liber Methodii martyris de æstatibus sæculi.'

L.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 98, sec. xii., binis columnis optime exaratus et servatus.

Ivonis, Carnotensis episcopi, Liber decretorum succinctior, sive Panormia, sex libris comprehensa, cum prologo.

Tit. " Incipit prologus Panormie Ivonis Carnotensis episcopi de multimoda distinctione scripturarum sub una castorum eloquiorum facie contentarum."

Incip. " Exceptiones ecclesiasticarum regulorum ;" ut in edit. Basil. 1499.

LI.

Membranaceus, in folio minori, ff. 104, sec. xii. exeuntis, bene exaratus sed madore aliquantum corruptus.

1. Bedæ presbyteri de tabernaculo et vasis ejus libri tres, prævia capitulorum tabula.

Tit. " Incipit expositio Bede presbyteri de tabernaculo et vasis ejus ac vestibus sacerdotum."

In calce, " Explicit expositio Bede presbyteri de tabernaculo Domini."

2. Eiusdem Bedæ libellus de ponderibus et mensuris. fol. 100 b.

Sequuntur, manu recentiori sed pervetusta,

- (a.) Henrici I. regis Angliæ epistola ad Anselmum de pugna apud Tenechbraium ; ut in Eadmer. Hist. Nov. p. 76.

- (b.) Presbyteri Fiscanni epistola ad presbyterum Sagii de eadem pugna ; incip. " Bonum apporto nuntium, domine mi, quoniam vos hujus nuntii avidum novi. Rex

dominus noster pugnavit cum fratre suo apud Tenercebraium iij. kal. Oct. hora tertia ; et fuit sic bellum dispositum ; in prima acie fuerunt Baiocenses, Abrincatini et Constantienses, omnes pedites ; In seunda rex cum innumeris baronibus suis ;" " vix una hora prelumstetit, Roberto de Belismo statim terga vertente, ex cuius fuga dispersi sunt omnes" " ad regem cum venissem benigne me exceptit apud Cadomum, et omnia que de terra nostra exigebat voluntarie indulxit ;" etc.

- (c.) Versus, ' Quid sit socrus, nurus, patruus, avunculus,' etc., incip.

" Dicam quid socrus, quid glos, quid sit quoque nurus."

- (d.) Tabula abbreviationum, quibus notantur pondera varia et nummi.

- (e.) Versus ; incip.

" Ade peccatum quæ conveniens aboleret."

- (f.) Versus in laudem psalterii leonini ; incip.

" Qui terrena despicitis
Et sursum corda tenditis,
Psalmorum vobis cantica,
Corde, ore sunt dulcia."

- (g.) Nomina xii. lapidum pretiosorum cum interpretatione brevi ; incip. " Fundamentum primum Jaspis. Intemeratae fidei homines."

In initii codicis tegmine insertum est fragmentum pervetustum officii in honorem S. Stephani.

LII.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 129, sec. xii., olim ' liber sancte Marie de Cirencestre, D. Andree abbatis secundi tempore scriptus per manus D. Alexandri, postmodum cantoris, et Radulfi de Pulleham cuiusdam scriptoris ; D. Adam de la Mora tunc cantore ;' binis columnis.

1. Expositio venerabilis Bedæ presbyteri de tabernaculo et vasis ejus ac vestibus sacerdotum ; tribus libris comprehensa ; cum capitulis. fol. 2.

In calce, " Explicit liber tertius de tabernaculo testimonii beati Bede presbyteri."

2. Expositio eiusdem venerabilis Bedæ presbyteri de templo Salomonis ; cum præfatione et capitulis, numero xxv. præmissis. fol. 79.

In calce, "Explicit expositio Bede presbiteri de templo Salomonis."

LIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 159, sec. xii., olim 'liber sancte Marie de Circestre, D. Andree abbatis secundi tempore scriptus per manum D. Fulconis canonici, postea prioris; D. Alexandro de Welen tunc cantore.'

1. Venerabilis Bedæ commentarius in Samuelis historiæ partem primam, sc. usque ad mortem Saul, libris quatuor comprehensus, prævia capitulorum tabula. fol. 3.

In calce, "Explicit liber iiiij. Bede presbiteri expositionis allegorice super Samuelem."

2. Ejusdem expositio in Regum libros, triginta quæstionibus, prævia præfatione ad Nothe linum. fol. 145 b.

Tit. "Incipit liber ejusdem de triginta questionibus super Regum ad litteram."

Notandum sit quod in serie abbatum de Cirencestria a Dugdallo evulgata nulla men- tio occurrit de Fulcone supradicto.

LIV.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 235, sec. xi.; bene exaratus et servatus.

1. Venerabilis Bedæ expositio in Cantica Canticorum, libris sex, prævio libro contra Julianum divinæ gratiæ repugnatorem. fol. 1 b.

Tit. "Incipit expositio in Cantica Canticorum librorum vii. quam composuit Beda presbiter venerabilis, juvante se gratia superna. Primus liber quo specialiter contra Julianum divinæ gratiæ impugnatorem disputat."

Ad fol. 17, "Incipit prologus in libros vi. Cantica Canticorum."

Tit. lib. vi. est, "Incipit liber sextus per eum collectus ex beati Gregorii papæ opusculis;" et in calce, "Explicit expositio Cantici Canticorum librorum vii.; primus contra heresim Juliani Eclanensis episcopi et vi. in textum Cantici Canticorum."

2. Liber qui dicitur Sigillum Mariæ, cur evan gelium 'Intravit Jhesus in quoddam castellum' et Cantica in festivitate sanctæ Mariæ recitentur; prævia quæstione quærente et responsione doctoris, metrice. fol. 219.

Tit. "Sigillum Sanctæ Mariæ."

Incip. "Querens questio." "Optimo magistro . Librorum registro, Frequentia discipulorum . videre in Syon Deum Deorum."

Incip. lib. "Dicitis vos mirari."

Desin. "ut post hanc peregrinationem cum ipsa regnetis in sœcula."

In pag. 1. scriptum est carmen,
"Nobilis Henrici cuius pereunt inimici."

LV.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 644, sec. xiii., binis columnis bene exaratus.

Biblia Sacra, si Psalterium excipias, universa, ex versione vulgata, S. Hieronymi prologis instructa.

Tit. "Incipit epistola Eusebii Ieronimi ad Paulinum presbiterum de omnibus divine hystorie libris."

In calce, "Interpretatio nominum Hebraicorum secundum Remigium Autissiodorensem."

LVI.

Membranaceus, in folio minori, ff. 423, sec. xiii., binis columnis nitide exaratus, et quoad literas initiales hic illic pictus.

Biblia Sacra Universa, ex versione vulgata, prologis Hieronymianis, necnon quoad Macca bœorum libros Rabani Mauri, illustrata.

Tit. "Incipit epistola Sancti Jeronimi presbiteri de omnibus divine historie libris."

Evlsum est Genesis libri folium primum.

In calce, "Hic incipiunt interpretaciones Hebraicorum nominum."

LVII.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 152, sec. forsan xiv. ineuntis; ex dono Oweni Owen, Monensis, obson. et prom. Aulæ Cervinæ, 1657.

Leges Britannicæ Hoëli Dha 'ex collectione, Blebagabridi Languaridi, qui claruit anno Domini 914; Cambro-Brittannice.'

Præmittitur manu hodierna notitia de institutione legum prædictarum, necnon in fronte codicis, 'Collated by Aneurin Owen, June 1827.'

LVIII.

Membranaceus, in 4to, ff. 126, sec. xiii., binis columnis variis exaratus librariis.

1. S. Bernardi, abbatis Claravallensis, sermones septendecim in diebus sanctis et festis. fol. 1.
Tit. "Incipiunt sermones sancti Bernardi abbatis Clarevallensis."
Incip. i. "Sermo de adventu Domini. Tempus est fratres karissimi ut misericordiam."
Incip. ult. "In festivitate Omnis Sanctorum. Hodie possumus intueri quia preciosa est."
Sequitur 'Sermo sancti Bernardi,' incip.
"Non sum sapiens, non sum scriba;" [imperf.]; deinde fragmentum incip. "Tria sunt que mundiciam castitatis roborant."
2. Liber auctoritatum de diversis, ex SS. Patribus collectus, ordine alphabetico. fol. 43.
Incip. "Abnegare: Crisostomus super Matth. omel. 55; Perfecti negare alium est ut si fratrem."
Inter ff. 74 et 75 evulsa sunt folia decem.
Desin. "et regnum gaudiumque perpetuum; Hec idem Prosper."
Sequitur notitia de accentibus.
3. Sermones breves, sive Themata sermonum. f. 97.
Incip. "Dominica 21 post Pentecost. Duo sunt consideranda in hoc sermone."
4. Particulae due in exceptionibus super summam de Casibus; præviis capitulis septendecim; [mutil.] fol. 111.

Incip. "De symonia. Symonia inter crimina ecclesiastica primum optinet locum; est autem symonia studiosa voluntas emendi vel vendendi aliquod spirituale."

Sequitur fragmentum sermonis de virga Crucis, in qua glossæ Gallicanæ sunt hic illie interpositæ; desin. "Scilicet illam beatam gloriam; ad quam nos; etc. Explicit et cetera.

LIX.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 497, sec. xiii. ex eundem; binis columnis, charactere nitido sed minuto, exaratus.

Biblia Sacra Universa, ex versione vulgata, prologis S. Hieronymi, necnon quoad Maccabœorum libros Rabani Mauri, haud insolitis illustrata.

Apocalypses libro succedunt 'Interpretationes Hebraicorum nominum.'

Sequitur, manu secunda sed antiqua, ordo librorum Bibliæ, necnon Canticorum et

Hymnorum tam veteris quam novi Testamenti.

LX.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 300, sec. xvii.

Summa totius Organi Aristotelis a Porphyrii Introductione ad Analyticorum Posteriorum libros inclusive, anonymo confectore, cum proœmio brevi.

Tit. "Summa Organi Aristotelici."

Incip. proœm. "Cum Aristoteles ita breviter ac summatim Organum suum conscripsit."

Incip. sum. "Tractatio de genere, differentia, specie."

Desin. "Justicia propriis dicta sit ea, que reddit unicuique quod suum est."

LXI.

Chartaceus, in 4to, ff. 139, sec. xv., madore multum corruptus; olim Davidis Powell de Aberystwith, 1610.

Gualteri [Calenii] Oxoniensis archidiaconi, Historia Bruti regumque Britanicorum; *Cambro-Britannice*.

Hec est historia quam Latine vertit et adauxit Galfredus Monemutensis in Historia ejus Britonum.

Inscriptionem in fine codicis nostri videsis in Lhuidii Orig. Brit. p. 265.

In calce, "In this booke is contained seaven score leves juste."

Deinde, "Liber Davidis Powell de Aberystwith in com. Monmoth, 1610."

LXII.

Membranaceus, in folio, ff. 141, sec. xii., binis columnis bene exaratus; olim peculium, forsan in usum scriptus, ecclesiæ sanctæ Mariæ de Cyrencestre.

Pauli Orosii Presbyteri contra Paganos Historiarum libri septem, cum proœmio.

Præcedit "Epistola Pauli Orosii presbyteri de Ormesta mundi contra accusatores Christianorum temporum scripta ad beatum Augustinum."

Libri i. litera initialis ex monstruosis animalibus vario colore est depicta.

In calce, "Liber septimus Pauli Horosii

presbiteri ad Augustinum episcopum hystoriarum contra accusatores temporum Cristianorum."

LXIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 159, sec. xii., binis columnis bene exaratus; olim 'liber sancte Marie de Cirecestre, D. Andree abbatis secundi tempore scriptus, per manum Radulphi de Pulleham scriptoris D. Adam de la Mora tunc cantore.'

Egesippi sive Hegesippi de excidio Hierosolymitano libri quinque, cum prologo.

Tit. "Incipiunt quinque libri Hegesippi, natione Judei, de excidio Judeorum."

Consentiant quoad initium et finem cum edit. apud Coloniam, 1530.

In calce, "Egesippi hystorie liber quintus explicit de excidio Judeorum."

LXIV.

Membranaceus, in folio minori, ff. 132, sec. xii., nitidissime exaratus et bene servatus.

Venerabilis Bedæ expositio super Cantica Canticorum, libris sex comprehensa, quorum ultimus ex S. Gregorii Magni scriptis confectus est.

Tit. "Incipit expositio Venerabilis Bedæ presbiteri supra Cantica Canticorum."

In calce lib. v. "Explicit expositio Venerabilis Bedæ presbiteri supra Cantica Canticorum."

Praemittitur codici epistola abbatum de S. Albano et de S. Edmundo encyclica ad abbatess de Evesham et de Theokesbiria, etc. ord. Cisterc. in dioces. Vigorniensi, statuta transmittentium capituli Laterani, apud Oxon. an. Honorii pape III. 3 [1220] habitu, pro correctione et reformatione regularis disciplinæ.

Incip. "Que ad utilitatem communem provisa sunt et auctoritate sanctorum Patrum statuta."

LXV.

Membranaceus, in folio, ff. 161, sec. xi. exequuntis; olim Ernulfii cuiusdam.

1. Venerabilis Bedæ expositio super S. Johannis Apocalypsin, prævia ad Eusebium præfatione. fol. 2.

Tit. "Incipit prefatio Bede presbiteri in Apocalypsin Sancti Johannis apostoli."

Exstat impress. inter opera, tom. v. col.

761.

In calce, "Explicit, Domino juvante, expositionis in Apocalipsim sancti Johannis liber iij. Bede famuli Christi; Amen."

Deinde versus, qui sequuntur,

"Hec est, o lector, nostri pars prima laboris,
Cetera scripture fortassis erunt melioris;
Me de corde bono summo committe patrono,
Ut jungar Christo, jam corpore liber ab isto."

2. Ejusdem expositio in Actus Apostolorum, prævia præfatione ad Accam. fol. 60 b.

Tit. "Incipit tractatus Bede presbiteri in Actibus Apostolorum."

Exstat ibid. tom v. col. 625.

3. Item de nominibus locorum. fol. 99.

Incip. "Acheldemach, ager sanguinis, qui hodie monstratur;" ut ibid. col. 666.

4. Ejusdem Retractationum in Actus Apostolorum libellus, cum prologo. fol. 104.

Incip. prol. "Seimus eximium doctorem;" ut ibid. tom. vi. col. 1.

5. S. Augustini sermones sex de nativitate Domini. fol. 139.

Incip. i. "Quis tantarum rerum verborumque;" ut inter opera, tom. v. App. §. cxxi.

6. Sermo beati Eusebii, unde supra. fol. 138.

Incip. "Audivimus prophetam de nativitate et divinitate."

7. Sermo Origenis de circumcisione Domini. fol. 140 b.

Incip. "Quod mortuus est Christus;" ut in Bibliothec. Combefis. tom. ii. p. 3.

8. S. Augustini sermones tres in Epiphania Domini. fol. 141 b.

Incip. i. "Post miraculum virginis partus;" ut in Combefis. tom. ii. p. 30.

Exstat secundus inter opera tom. v. serm. cc.

9. S. Hieronymi, presbyteri, expositio in Apocalypsin S. Johannis, cum prologo ad Anatolium. fol. 146.

Tit. prol. "Incipit prologus beatissimi Hieronymi presbiteri ad Anatolium de explanatione Apocalypsis sancti Johannis Evangeliste."

Incip. "Diversos marina discrimina transcendentes."

LXVI.
Codex membranaceus, in folio minori, ff. 137,

sec. xii., bene exaratus; olim ecclesie S. Guthlac de Hereford, ex dono Rogeri vice-decani ibidem.

Evangelium secundum S. Matthæum, glossa ordinaria atque interlineari illustratum, cum prologo.

Incip. glosss. "Hec causa Matheum scribere compulit; cum facta esset in Palestina persecutio."

Desin. gloss. "si non post insistat bonis operibus."

In fol. 1. b. "Rogerus vicedecanus Hereford. dedit hunc librum ecclesie sancti Gudlaci de Hereford."

LXVII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 117, sec. xii., binis columnis bene exaratus; olim liber sancte Marie de Cirecestre, D. Andree abbatis secundi tempore scriptus per manum D. Odonis de Wica canonici, D. Adam de la Mora tunc cantore.

Venerabilis Bedæ expositio in S. Marci evangeliū, cum prologo; libris iv. comprehensa.

Tit. "Incipit præfacio venerabilis Bede, presbiteri, in evangelio secundum Marcum."

Exstat impress. inter opera, tom. v. col. 92.

LXVIII.

Membranaceus, in folio minori, ff. 119, sec. xii., binis columnis nitide exaratus; olim "liber sancte Marie de Cirecestre D. Andree abbatis secundi tempore scriptus per manum D. Fulconis, canonici postmodum prioris, D. Alexandro de Weleue tunc Cantore."

1. Venerabilis Bedæ expositio super Actus Apostolorum cum præfatione ad Accam. fol. 2.

Tit. "Incipit tractatus Bede presbiteri in Actus Apostolorum."

Exstat inter opera, tom. v. col. 625.

Sequuntur,

a. Item de nominibus locorum. fol. 40 b.

Ibid. tom v. col. 666.

b. Retractationum libellus, cum prologo. fol. 45.

Ibid. tom. vi. col. 1.

2. Ejusdem expositio in S. Johannis Apocalypsim, prævia præfatione. fol. 69 b.

Tit. "Incipit prefatio Bede presbiteri in Apocalypsin sancti Johannis Apostol." Exstat ibid. tom. v. col. 451.

LXIX.

Codex membranaceus, in folio, ff. 112, sec. xi., bene exaratus et servatus.

Venerabilis Bedæ expositio in epistolas septem catholicas, notulis marginalibus hic illic illustrata.

Tit. "Incipit expositio Bedæ presbyteri in epistolam beati Jacobi apostoli."

Consentit quoad initium et finem cum edit. impress. tom. v. col. 673.

Præmittuntur,

a. Epistola S. Hieronymi ad Damasum papam, [seu Evangelium] de Melchisedech. fol. 2.

Incip. "Misisti mihi volumina;" ut in ed. Vallars. tom. i. col. 438.

b. Quæstiones theologicæ ethicæque, cum responsionibus. fol. 4.

Incip. "Quid est inter nativitatem Christi et nostram? Quod omnis homo ex delicti lege conceptus est; Christus autem non ex concupiscentia carnis vel ex virili coitu, sed de Spiritu Sancto."

In calce codicis legitur,

(a.) Narratio de abbe quodam Burgundensi, et quæ in monasterio effecit diabolus, eo absente; incip. "Priscis extit temporibus abbas quidam religiosus habitans in australibus Burgundiae partibus."

(b.) De tribus silentiis et linguis totidem, quæ fuere ante Adventum Christi; incip. "Primum silentium de Deo cum aderat, qui dicebat bonum."

LXX.

Membranaceus, in folio minori, ff. 99, sec. xii., binis columnis bene exaratus; olim 'liber sancte Marie de Cirecestre D. Andree abbatis tempore scriptus per manum D. Fulconis, canonici postea prioris, D. Adam de la Mora tunc cantore.'

Venerabilis Bedæ in septem catholicas epistolas expositio.

Tit. "Incipit expositio Venerabilis Bede presbiteri in epistolam domini Jacobi apostoli."

Exstat impress. inter opera, toni. v. 673.

LXXI.

Codex chartaceus, in folio, ff. 15 et 235, inserta hic illic una et altera charta absque nota, sec. xvii.

The first volume of the original draft of the History of Henry the Eighth by Edward lord Herbert of Cherbury, in the hand-writing of an amanuensis and Mr. Thomas Master, of New college.

Tit. "The life and raigne of kinge Henry the Eighth, with which is briefly represented a generall history of the times."

Over the title, "Inchoat. c. 10. cxxxiv. consummat. anno c. 10. ccxxxix."

The present volume includes the events of the years 1509—1525. There are prefixed to it,

- a. Letter dedicatory to the king. fol. 3*.
- b. Pedigrees of Henry VIII., Francis I., and Charles V. fol. 5*.
- c. Summary of the history for the years 1509—1527 inclusive. fol. 7*.
- d. Epitome Historiae Henrici VIII. per suos annos digestae. fol. 9.*
- e. Notes of leaves missing from the volume, and now recovered. fol. 15.*

Beg. "In this history of Mr. Master Hen. 8, according to the calendar there should be pages 1081 ad annum Domini 1547."

LXXII.

- Chartaceus, in folio, ff. 236—661, chartis nonnullis hic illic interjectis, sec. xvii.

The second volume of the life of Henry VIII. by lord Herbert of Cherbury; the original draft, with the author's corrections and additions.

It embraces the events of the years 1525—1535 inclusive.

LXXIII.

Chartaceus, in folio, ff. 662—1090, sec. xvii.

